CAPVT XXX.

De Fide.

1.

QVomodo differunt fides hiſtorica, miraculorum temporaria, & iuſtificans? Id patet ex his regulis. 1. Fides hiſtorica, miraculorum, & temporaria, prout eſt in hypocritis, ſpecie differt à fide juſtificante. 2. Fides ſaluifica ſeu juſtificans in homine electo obire poteſt munia fidei miraculorum: & ſemper obit munia fidei hiſtoricæ ſeu dogmaticę. Nam varia ſunt exercitia fidei juſtificãtis, vt docet Apoſtolus, *Heb* 11.

2. *An fides ſaluifica ſit ex dono electionis?* Sic eſt. Nam credunt ſolum illi, qui ad vitam æternam ordinantur, *Act*. 13.

3. *An ſit duplex electio, alia ad iuſtitiam ſeu fidem, alia ad vitam æternam?* N. Nam fides ſaluifica & vita ęterna indiuiduo nexu cohærent, ita, vt qui electus eſt ad fidem, ſit quoque electus ad vitam æternam, & viciſſim. Quod attinet ad fidem hiſtoricam, miraculorum & temporariam in hypocritis, illa non fluit ex decreto electionis, ſed prouidentiæ.

4. *An fides detur per modum ſuaſionis?* Sunt qui docent, fidei ſaluificæ dationem

fieri